

quām autem per sextiduum circiter ollis reserata fuēre, easdem aperiunt, foliorumque delectum, minora & teneriora à majoribus & durioribus separando, faciunt, ultimāque vice in qvintā patellā, securitatis ergò, siccant, in annos tunc durabiliā, si accuratè obturata teneantur. His examinibus veritate comprobatis sequentia supplemento serviant.

Enimverò non levis est culturæ ac præparatio-
nis differentia ; quem etenim agricolæ suo lin-
qvunt genio fruticem, solo eradicato Zizanio, ne
suffocetur, hunc summā curā studioque colunt
illi, qui ex professo pro Magnatibus ac opulentis
quibusdam civibus *T'chia* accurant & legunt: Ita
propè *Miako* urbem locus est, *Ousi* appellatus,
totius Iaponiæ in hoc opere princeps, ubi pro Im-
peratore, Regibus Majorumque gentium Dyna-
stis *T'chia* colitur præparaturque : Ubi excul-
tissimæ terræ concreti frutices à nimiā pluviā
vel intenso ardore frigoreve, cæterisque aëris in-
juriis, ac pravis purgamentis, volatilibus reptili-
busve insectis, studiosè præmuniuntur, justo ri-
gantur tempore, ac reliqua circumspectæ culturæ
adminicula iisdem adhibentur : Ubi congruā
tempestate scrupulosa foliorum fit electio ; tener-
rimi fruticum ramusculi primævis in apice foliis
nudantur, quæ eapropter carissima potentiori-
bus reservantur emptoribus ; hæc autem à me-
diocribus, hæc iterum à majusculis, hornotinis
tamen singulis, segregantur. Ruricolæ verò si-
ne discrimine, quævis, horna nihilominùs, folia
mixtim colligunt, collecta soli exponunt, (ante-
dicti in umbrā siccant) manibus comprimunt, te-
runt,

*Culturæ ac
præparationis
differentia.*

xii WILH. ten RHYNE EXCERPTA

runt, fricant, & in argillaceis patellis, si careant ferreis, suprà relatâ methodo ac ordine super ignem torrent, donec exsiccata ac indurata crip-
Plebejorum decoctio. spentur. Hæc autem, nisi coëmptoribus diven-
derint, (hi enim in varias species eadem dividunt) promiscuè in æneo cacabo aquâ repleto, lento coqvunt igne, & sic toto die pro communi potu in foco suspensum servant; donec iteratis tin-
cturis folia illa debilitata rejiciantur, ingestis pro-
Potentum de- coctio. tinùs novis. Primates autem & locupletiores cives quidam nullum in re domesticâ opus ma- jore diligentia, fastu, nitore, atq; artificio (quippe in peculiarem jam penè artem illis conversa est *T'chia dispensatio*) curant, quàm sui *T'chia* præ-
parationem; Quandoquidem qui in cæteris par-
cissimæ sunt supellectilis, copioso ac superbo in- strumentorum famulorumque apparatu impensè, immò ad superstitionem usque, gestiunt.

Instrumenta. Instrumenta autem (quæ in Magnatum ædibus ac spectatoribus quibusdam diversoriis ad pom- pam prostituuntur) sunt hæc; Ex electo ophiti- de conflatâ molâ (quali nostrates semen sinapi con- terunt) quà suum *T'chia* in tenuem pollinem com- molunt: prætereà *fornacula*, ex mixto cum aliis metallis ære artificiosè fusa, cui aquâ plenam cu- cumam, ex eâdem materiâ confectam, superpo- nunt, ut semper præstò sit lympha fervens: Hinc exiguis *cochlearibus* (ex testudineo cornu aliove pretioso ligno vel etiam metallis fabrefactis) vi- ridem illum ac benè fragrantem pulverem *T'chia calicibus* suis (qui deformi formositate illis placent; quò enim magis distorti ac inæquales sunt, eò meliores censentur: ex vicinâ autem Coreâ

in

in Japoniam deferuntur, qui cùm propter loci distantiam, tūm ob argillæ raritatem, magno constant, majore, si simul vetusti) infundunt, ac superpusâ cum mundato *haustro* infundibulove aquâ fervidâ pulverem hunc minutulis, ex arundine Indicâ crenarum formâ artificiosè concisis, *setis* tamdiu quassant, donec in spumam potio illa ele-
Famuli.
 vetur. Porrò *famulos* nutriunt ditiores incolæ, alios qui *T'chia* decoquunt, alios qui calices amicis hospitibus deferunt, benè vestiti nitideque comti; quod in Primorum Oeconomiâ peculia-
 re munus est; ubi decoctor *T'chia* veluti Doctor Medicus gentilitio ritu detonsâ planè comâ à reliquis discernitur. Sinenses autem (quorum methodum nostrates seqvuntur) fervefactam in cupreo cacabo aquam siccis integrisque foliis *Thee*, singulari ollæ priùs injectis superfundunt, tincturamque extrahunt, quam limpidâ aquâ ad gratam amaritudinem temperatam calidè sor-
 bent, saccharumque ut plurimum unâ masticant, uti & nostrates, rariùs autem Japones, tametsi γλυκύφιλοι: Hæc secundâ vice repetita tinctura (minùs tamen efficaci, cùm præstantiores seu volatiliores partes primâ tincturâ maximam partem extractæ sint, vel in auras abierint) etiamnum valet, quâ absolutâ ut plurimum rejiciuntur folia, quæ mare vastum pergrantibus, addito sale, oleo ac aceto, acetariorum vices, melioris defe-
 stu, supplere possunt: Japones autem iisdem foliis rubentes papulas ac cutanea sudamina cu-
 rant, atque in tinctoriâ arte eadem (vetusta licet) usurpant Mauri &c.

xiv WILH. ten RHYNE EXCERPTA

Lorum nata. Fruticis hujus natale solum varium est in Japoniâ, uti in Diario meo ad metropolim *Edo* speciatim recensui; plurimus tamen in regione *Fisien* crescit: Humo gaudet neque arenosâ neque lutosâ nimis, neque declivi, neque acclivi nimis, apricâ & temperatâ planitie lætior: Multis autem in locis inter ipsa frumenta in pulvillorum liris (in pulvilos enim dispescunt agros suos Japones, ut tantò commodiùs stercorare, ac inutile gramen decerpere queant, tum ut stagnans in liris aqua frumenti radices vicissim blandiùsque alat) frutices *Thee* consitos intuearis.

Pretium. De pretio certi nihil determinari potest, incredibiliter enim variat; illud saltem in genere verum est, pro foliorum magnitudine pretium augeri vel minui, quantum namque magnitudine sursum decrescunt, tantum pretio accrescunt; ut appositi animadvertisit *Excell: Piso*: Præcipua quippe foliorum differentia est inter majuscula, horna tamen, minora ac minima, recentia ac vetusta, dura ac mollia. Singulares autem sunt in *Miako* emporio mercatores, quorū jussu & sumptu pro Magnatibus folia hæc colliguntur ac eliguntur: Ubi proprium habet *T'chia* mercatorē Imperator, alios habent reliqui Reges atque Dynastæ. Ab exterris verò tantum exigunt furunculi Japones, quantum redimere valent: Tanta etenim est pretii discrepantia, ut una libra hujus *T'chia* pluris non nunquam veneat quàm centum libræ alterius: Namque sunt quædam folia dura, quæ non potui, sed tinctoriæ arti serviunt.

*Foliorum
præstantia.* Foliorum verò bonitas in gratâ fragrantia (proximè autem ad fæni recentis odorem, tantisper

ex OBSERV. de FRUTICE THEE. xv

tisper aromaticum, accedit) colore viridi (nam parùm masticata frictaque ubi fuerint, viror vividus emicare debet) sapore subamarè dulci.

Vires autem has tribuunt decoctioni *Thee* Sennenses, quas ex eorum scriptis excerptas translatasque, parùm à me immutatas & ubi necesse aetas parùm, minimè tanquam infallibiles, propino: Consulat experientia fidem Lector, & si singulos effectus non comprobet, nunquam saltet, modo crumena non doleat, frequentioris usus pénitebit; Sanguinem igitur purificat, horrenda pellit insomnia, vaporess à cerebro arcet malignos, vertiginem capitisque dolorem (præsertim à crapula ortum) mitigat, hydropicis conducit, egregiè enim diuretica est; capitis rheumata exsiccat, humorum acrimoniam corrigit, obstrunctiones viscerum tollit, visum instaurat; quippe, quantum ego existimo, hæc decoctio *T'chia* primarium Japonibus est antidoton contra visus imbecillitatem ac oculorum vitia, illis frequentissima, ac ex assiduo orizæ calidæ & sui *Sacqui* potu & usu (de quibus alias prolixius) maximè contracta: adustos humores temperat, calidum emendat jecur, induratum lenit lienem; somnum coercet, in iis præsertim qui rariùs *Thee* bibunt: Cujus rationes explicat Consultissimus Tulpius (maximo Reip. nostræ, Patriæ Urbis ac eruditæ Orbis damno summoque meo luctu nuper fatis functus immortalis nominis Senex) loco citando, à quo parùm discrepat Clarissimus Piso in commentar. ad Bontium. Corpora porrò reddit vegeta, inprimis autem hebetiores à somno ac torpore sensus expergefacit:

Vires.

C

xvi WILH. ten RHYNE EXCERPTA

cit; cor exhilarat, timoremque propulsat; intestinorum tormina ac flatus compescit, illosque qui uterum infestant, discutit; viscera viresq; roborat, reminiscendi vim exfuscat, ingenium acuit, bilem temperat; nephritidem tollit medicamen hoc lithontripticum; ego saltem nunquam in Japonibus vel minimum calculi, sive renum sive vesicæ, indicium reperi, sat sedulò licet inquisiverim; ac tandem dulces in amplexus vertit officium thori.

Tulpinus. Scriptorum de hoc frutice conniventiam, nisi sit gravis, culpare eorum vetat gravitas: Succinctè ac doctè de herbâ *Thee* (frutice, vellem dixisse) Amplissimus *D.Tulpius lib. 4. observ. ultimâ*; ubi foliorum *T'chia* (sic quidem rectè juxta Iaponum idioma) formam accuratè describit, cui tamen addi posset foliorum spissitudo, viror, lavor atque nitela, ad instar lauri: appositiè idem de ejusdem viribus ac utendi ratione (Sincensium methodo, nunc passim notâ) in quâ ubi perpetram edocitus fuerit religiosissimæ veritatis author (quem sinè summâ observantiâ nominare nequeo) videre est suprà; Descriptionis autem defectum authorum fertili allegatione compensat.

Bontius. Hæsitantius de eâdem disputat *Bontius lib. 6. cap. 1.* cui præter Garciam ab Orta in historiâ rerum naturalium Orientalis Indiæ hactenùs primæ debentur, qui *foliis Consolidæ* (cujus quæsio?) prævaricanter hæc folia adsimilat, nisi forsitan *Prunellam* indigitet, quam minorem *Consolidam* vocat *Matthiolus*, & tum in singulis cum eâdem non congruunt folia hæc.

Fusius

Fusius candem depingit Commentator ejus
 Celeberrimus *D. Piso*: Fallitur autem author in-
 signis, dum dicit, Japonum *T'chia ob majorem fo-*
liorum contritionem & coctionem nigrum Thee appellari:
 Namque Japonum *T'chia ac Sinarum Thee* commu-
 nia sunt nomina, quibus optima æquè ac vilissima
 folia significantur; nigrum autem *Thee* nunquam
 saltem ego, vidi; verū vilioris *T'chia* decoctio,
 quò pejor est, eò majorem flavedinem contrahit
 magisve rufescit. *Albicantibus* equidem, sed non
perpetuis floribus ramusculi hujus *Fruticis ornatè vesti-*
untur; quoniam à medio circiter septimi (qui jux-
 ta nostrum Augustum est) ad aliquam partem octa-
 vi Iaponensium mensis flores emittit hic frutex,
 qui tūm decidui seminalia capitula relinqunt.
Quinariam exactè foliorum in unoquoque frutice diffe-
rentiam ego saltem observare nequivi. Seminalia
 autem illa capitula (sic malim vocare, utpotè
 plurium seminum receptacula) rotunda non ad
 novas, sed ad *plantas producendas* messi aptas, trien-
 nio indigent. *Quòd autem in Europæis regionibus quæ-*
dam sanitatis incommoda æquè efficaciter non arceat potus
ille Thee, quām apud Sinas vel Japones, non præ-
 parandi utendive modo adeò imputandum censeo,
 quām quidem assiduitati usūs & temperatori
 victus rationi. Tandem in enucleandis viribus
 emphaticâ hyperbole utitur ingeniosus & clari
 nominis decorisque author, cuius de hoc fruti-
 ce statumina laudem simul ac trutinam meren-
 tur. Expressa autem fruticis imago mihi
 in singulis non perplacet.

Piso.

* *

*

C 2

FA-

F A S C I C U L U S
R A R I O R U M

P L A N T A R U M,

D N D. W I L H E L M O t e n R H Y N E

in

Promontorio Bonæ Spei, & Saldanhæ
Sinūs conterminis locis

Anno M. DC. LXXIII.
collectarum,

atq; demum

ex INDIA Anno M. DC. LXXVII.

in EUROPAM

Ad

JACOBUM BREYNIUM
GEDANENSEM,
transmissarum.

* *

Tandem quoque *Plantarum*, quibus siccis pau-
cos ante menses à *Nobilissimo* sæpiùs memo-
rato *Domino Doctore ten Rhyno*, Summo Amico meo
ex Indiâ donatus sum, mentionem facere haud
negligam: Et iis quidem ut plurimùm nominibus,
quibus à me sunt insignitæ; quanquàm plurimæ
non ex genuinâ earum tesserâ, (quippe quâ care-
bant;) sed juxta id, quod in illis maximè notabile
atque conspicuum fuit. Certâ spe fretus, quo-
vis illud tempore Peritos Artis debitâ cum ani-
mi moderatione consideraturos.

Absin-

A.

Absinthio Seriphio similis Capitis Bonæ Spei.
**Absinthium tenuifolium odoratissimum Monomotapse: in Centuriā primā descriptum.*

Alcea minor Africana, Althææ facie, flore purpureo parvo.
**Amygdalus Æthiopica fructu holoserico: in Centuriā I. descripta.*

Arbor rosea prima, sive Arbutifolio, flore flavo, D. Wilhelmi ten Rhyne.

Arbor rosea secunda, sive Styracis folio, D. Wilhelmi ten Rhyne.

Asphodelus major ramosus Capitis Bonæ Spei.

B.

Bellis Erucæ folio incana, Capitis Bonæ Spei.

Buglossum Africanum, Echii folio.

C.

Camphoratæ similis, longius radicata.

Camphoratæ similis altera, magis hirsuta.

Chamægenista Capitis Bonæ Spei.

Chenopodæ similis, planta mirabilis Africana, Echini Alpini facie, sed minimè spinosa.

Chrysanthemum Africanum pumilum, foliis Absinthii alpini umbelliferi minoris.

Chrysocome Africana, flore albo, angustissimis foliis: è Radice hujus, Virgæ exeunt multæ, pedales, nonnunquam ampliores, lignosæ, firmæ, in multos ramos tomento albo candicantes diductæ; & ab imo ad summum Foliolis crebris ac angustissimis, Stœchadis citrinæ Italicæ Herbariorum dimidiò brevioribus, densè stipatae. Summos verò ramulos corymbi occupant admodum elegantes, Gnaphalii Americani à Clusio descripti floribus valdè accedentes, sed qua-

druplò minores, è candidulis infra aliquando ruffescentibus ita compositi squamulis, ut umbonem in medio comprehensum, dupli & tripli serie notabiliter circumradient. Unde hæc *Planta*, aliis forsan *Asteri* potius videri possit accensenda. Verùm hujusmodi minutias non æstimamus, multò minus Naturæ figemus legem, quin in his potius eidem nos accomodabimus. *Semen* minus pappescens, Chrysocomes vulgaris seminibus par.

In herbosis juxta Promontorium Bonæ Spei *Dn. ten Rhyne*, ut & duas sequentes collegit, mihi que cum singulari meo gaudio communicavit.

Chrysocome Africana, flore phœnico angustifolia: Planta alba & penitus tomentosa est, Chrysocome Germanicæ angustifoliae flore ex aureo rutilante similis; nisi quod *Folia* angustiora & breviora, eorumque ex alis ramulos complurimos, foliis minoribus vestitos promittat. *Flores* densissimè in glomerulum congesti, multò sunt minores, squamulis exilioribus minusq; splendentibus ex ignescente phœnicei coloris imbricati; quorum medium staminula quædam minutissima, in pappos *semine* appenso perquam pusillo, abeuntia occupant.

Chrysocome Africana, flore phœnico, ferratifolia: perraræ hujus Plantulæ caules etiam candicant, multò tamen infirmiores sunt, inque debiliores & longiores ramos divisæ; *Foliis* paucioribus multòque brevioribus, latioribus, serratis, nervosis, incanis quidem minus tamen quam superioris, Euphrasiæ latifoliæ Italicae *Fabii Columnæ quo-*

quodammodo æmulantibus septi. *Flore & Semine* cum præcedente convenit.

Chrysocome Impia, sive *Filago dicta*, *Capitis Bonæ Spei prima*, sive *pumila*.

Chrysocome Impia, sive *Filago dicta*, *Capitis Bonæ Spei altera*.

**Colutea Äthiopica* flore purpureo: in Centuriâ de-scribitur.

Conyza Africana, foliis *Stæchadis citrinæ Gallicæ*: Suf-frutex pedalis est vel altior, *Elichryso XI. Caspa-ri Bauhini* similis, sed magis lignosus, *Foliis plu-ribus Stæchadis citrinæ Gallicæ*, sed angustio-ribus; *Flore majore*, cuius umbo petalis longis & angustis circumradiatur. *Radix lignosa*, multis fibris divaricata: *Semen pappescens*. In Africâ juxta Promontorium Bonæ Spei Excel-lentissimus *D. ten Rhyne* collegit.

Corruda spinis horrida Africana prima, sive *Corruda tertia Clusii*.

Corruda spinis horrida Africana secunda, sive *foliis Aspa-ragi Sylvestris*.

Corruda spinis horrida Africana tertia, s. *Hippuris facie*.

**Cupresso-pinulus*, *Capitis Bonæ Spei*: hujus descriptio-nem in Centuriâ & Appendice dedimus.

Cyanus Centauroïdes fruticescens Lavandulæ folio Capitis Bonæ Spei: Frutex mihi videtur lignosus, quan-tum ex *Ramis* duobus à *Dn. D. ten Rhyne* in Pro-montorio Bonæ Spei collectis augurari licuit. *Hi quadrati*, lignosi nec non incani sunt, binis alternatim ramis, *Foliola Lavandulæ* haud dissimilia, sed breviora è regione habentibus, præ-diti: quorum summitatibus *Capitula* etiam ex ad-verso bina innata, haud crassa, pollicem trans-versum

versum longa, latis incanarum squamularum & membranacearum scandulis, *Caryophylli* spicati *Aldini* calycolorum de more imbricata; staminulis referta Serratulæ similibus, quorum color me latet. *Semen* magnum, oblongum, pilis molliusculis argenteo colore splendentibus hirsutum; longissimisquè in modum Stœbes Rosmarini folio *Ponæ*, sed ad phœniceum tendentibus coronatum.

Cynoglossum Africanum Myrtifolium.

Cynosorchis Capitis Bonæ Spei.

E.

Elichryson minus Africanum, flore aureo.

**Equisetum junceum nigrinodum, Capitis Bonæ Spei: quod in Centuriâ I. describitur.*

Erica Coris folio Aethiopica, flore purpureo tetrapetalo.

Erica Serpilli folio Aethiopica, flore purpureo pulchro.

Evonymus Africanus, foliis Laurinis, fructu aculeato: affinitatem quandam cum Lauro sylvestri Creticâ Alpini prætendere videtur; fructibus excepto, qui Betae Creticæ instar in aculeos, in latera reflexos abeunt.

Eupatorio affinis Suffrutex ericoïdes capitatus, Coris seu Juniperi folio Capitis Bonæ Spei.

F.

**Frutex Aethiopicus baccifer, foliis Myrtilli: in Centuriâ I. descriptus.*

Frutex Aethiopicus, foliis Alaterni.

Frutex Aethiopicus Myrtiformis, Dn. ten Rhyne.

Frutex Aethiopicus, Vitis Idææ primæ Clusi foliis.

Frutex Africanus, foliis Buxi.

Frutex Africanus, Fruticis terribilis Narbonensium folio, capitulis oblongis squamosis.

Fru-

Frutex anonymos, foliis Lauri tini minoris.

Frutex cineraceus muscosus, Capitis Bonæ Spei: in Centuriâ I. additâ accuratissimâ figurâ descriptus.

Frutex corymbiferus Africanus, Chrysanthemuli ericoidis facie, floribus Globulariæ: Frutex est lignosus, ramis compluribus, cortice ex obsoleto purpurascente fusci coloris tectis; quorum juniores Chrysanthemuli ericoidis (in Centuriâ primâ capite LXXXII. descripti) adeò similes, iisdemque stipati foliis, ut non facile ab eò distinguiri possint. Flores ramulorum extremitates lutei occupant, Tanaceti instar florum quasi in umbellam dispositi, orbiculares omnino, Globulariæ seu Aphyllantidis Herbariorum perbellè referentes, minores quidem & ex tubulis minutissimis quinq; partitis densè admodùm conflati, sedem suam minutissimo in Fructu fixam tenentibus: quem propter immaturitatem exilitatemq; fortuna examinare mihi non concessit; an veluti Cupresso-pinuli seminum pericarpia concavus & semine refertus; aut an ipse Semen illud? Quicquid verò sit, sive fructus, sive semen, certo certius, illud eodem penè, quo Absinthii semen modo teneræ involutum lanugini observatur.

Frutex foliis Chamægenistæ Creticæ.

Frutex leguminosus Myrtifolius, siliquâ hirsutâ, Anonidis montanæ præcocis, purpureæ frutescentis (à Domino D. Morison descriptæ) facie.

Fucus carnosus coralloïdes, Capitis Bonæ Spei.

G.

Geranium Malvæ folio odoratum, flore purpureo, Capitis Bonæ Spei, Domini ten Rhyne.

D

Gera-

Geranium Myrrhidis folio, Æthiopicum parvum.

Geranium noctu olens Æthiopicum, foliis Myrrhidis angustioribus minus hirsutis;

Geranium noctu olens Æthiopicum lanuginosum, foliis Myrrhidis latioribus minusque laciniatis, flore rubro vel purpureo pereleganti.

Genista aspalathoides polyanthos major, Capitis Bonæ Spei.

**Genista ericoides Africana, sive Genista spartium cœruleum Capitis Bonæ Spei, in Centuriâ I. descripta.*

Genistæ affinis Africana, flore cœruleo, alatis & punctatis foliis asperiusculis.

Gladiolus flore pendulo.

Gladiolus major latifolius, flore rubro maximo, Capitis Bonæ Spei. An Gladiolus maximus Promontorii Bonæ Spei, flore rubro incarnato, Swertii?

Gladiolus major ramosus, flore cœruleo amplio.

Gladiolus medijs flore majore.

Gladiolus minor gramineus, flore parvo cœruleo.

Gladiolus minor gramineus, flore parvo pulchro variegato.

Gladioli species aliæ, Capitis Bonæ Spei.

Gramen triglochin bulbosum Monomotapense.

H.

Hyacinthi & Cotyledonis faciem medianam obtinens Planta Africana, floribus luteis longissimis atque striatis: sub nomine Gladioli Imperialis, ab Excellentissimo D. ten Rhyne tam resiccata, quam depicta nobis transmissa.

L.

Lamella radicis Palmitis, Capitis Bonæ Spei, Dn. ten Rhyne.

M.

Marrubium album minus Africanum, calyculis amplis.

Monorchis Capitis Bonæ Spei.

O.

Olus atrum Africanum.

Or-

RARIOR. PLANTAR. xxv

Ornithogalum umbellatum maximum, Capitis Bonæ Spei.

P.

Perfoliato angustifolio montano Columnæ similis Planta umbellifera nova, fructu triplici membranaceo, C. Bon. Sp.

Pimpinella maxima Africana flore purpureo, D. ten Rhyne.

Planta Corios folio Africana.

Planta fruticescens Africana perrara, foliis Peucedani, floribus conglomeratis Herbae Castæ Americanæ nonnihil similibus.

Planta foliis Risci minoribus, Capitis Bonæ Spei.

Planta sub nomine Thymbræ Africanae, folio spinoso, in Actis Medicis & Philosophicis Hafnienibus depicta.

S.

Sanamunda Africana prima, sive foliis angustissimis candidantibus.

Sanamunda Africana 2, s. foliis Serpilli minoribus asperiusculis, capitulis Thymi.

Sanamunda Africana 3, s. foliis Serpilli majoribus incanis.

Sanamunda Africana 4, s. foliis glabris acutis.

Sanamunda Africana 5, s. ericoïdes major.

Sanamunda Africana 6, s. ericoïdes minor, ramulis admodum lanuginosis.

**Sanamundæ tertiae Clusi affinis, foliis Polii, Capitis Bonæ Spei: in Centuriâ I. describitur.*

Solanum spinosum arborescens, Capitis Bonæ Spei.

Stæchadi Arabicæ similis, Capitis Bonæ Spei.

T.

Thymelæa Æthiopica, foliis Passerinæ, minor.

V.

Virga aurea Africana, foliis Ericæ bacciferæ.

Virga aurea Africana, foliis Linariæ minoribus.

Atque HÆC etiam

ad

DEI GLORIA M

dicta sint.

•S(0)SE•

ERRATA.

IN DEDICATIONE: paginâ 9. l. 20. 21. lege quantam.

IN CENTURIA PRIMA: paginâ 3. linea 20. lege quâ p. 9. l. 9. pythmenæ. p. 9. l. 25. ab avibus. p. 11. l. 19. parte. p. 13. l. 8. quâ. p. 14. l. 14. ipsarum. p. 15. l. 20. cæsâ. p. 24. l. penult. Abrotani. p. 30. l. 9. subhirsutorum. ibidem l. 27. Arboris dormientis, Theophrasti. p. 33. l. 13. hæc. p. 39. l. 21. spinosa. p. 40. l. 20. Æschynomenes secundæ. p. 41. l. 2. rum. ibidem. l. 9. quâ. p. 42. l. 19. dictavi. p. 43. l. 7. CAP. XIX. p. 45. l. 5. in Arbusculam pulchram. ibidem. l. 31. 32. ubi è Semine ex Insulâ Madagascar allato. p. 47. l. 21. Silqua. p. 49. l. 25. scribat. p. 53. l. 13. papilionacei. ibidem. l. 25. prætereâ. p. 54. l. 31. examinentur. p. 59. l. 17. superioribus. ibidem. l. 33. ellipsin. p. 63. l. 28. & alibi pasim. Sevenhuyzen. ibidem antepenult. Americani. p. 65. l. 2. quâ Æschynomene spinosa. ibidem penult. Adolphi. p. 66. l. 12. Æschynomenes spinosæ. p. 78. l. 10. proximos. ibidem. l. 23. quâ. p. 79. l. 3. 21. polyceration. p. 79. l. 10. pro unâ eademque. p. 80. l. 18. polyceratii. p. 85. l. 21. phœnicea. p. 86. l. 23. Ea enim Radix hujus est naturæ. p. 93. l. 27. floribus. p. 94. l. 19. quod. p. 95. l. 7. Quod si. p. 97. l. 22. quod si. p. 98. l. 28. Strateumaticas. p. 99. l. 4. quod. p. 101. l. 5. Cap. XLV. p. 104. l. antepenult. Saxifragam. p. 111. l. 9. anni quarti & quinti. ibidem. l. 25. post æqualibus adde: sed brevioribus, crassioribus, in superiore latere magis splendentibus, inferiore verd (juniorum præfertim foliorum) leniter hirsutis. p. 113. l. 27. ne. p. 116. l. 11. Papayæ. p. 117. l. 4. in caule. p. 118. l. 21. 26. Lathyridis. ibidem. l. 30. Pineis nucleis Malucanis. p. 122. l. 23. 24. rubentibus. p. 128. l. 19. Hic. p. 129. l. 3. ante calidiusculam pluviam. p. 133. l. 23. quod. p. 135. l. 23. 24. M. DC. LVII. p. 138. l. 28. saturâ. ibidem. l. 22. ante. p. 139. l. 8. floruit illu- stratâ. p. 149. l. 20. simplici æquales. ibidem. l. 24. exacueretur. p. 150. l. 27. universum. p. 151. l. 2. sunt ejus. ibid. l. 3. sententiam suam. ibid. l. 11. è contrario. ibid. l. 25. Dioscoridem. ibidem. l. 27. 28. produntur. p. 155. l. 4. videatur. p. 158. l. 19. Astere. ibidem. l. 23. è contrario. ibidem. l. ult. notabiles. p. 159. l. 29. loco. p. 160. l. 11. Asteres. ibidem. l. 28. quâ. p. 161. l. ult. eadem. p. 162. l. 6. quâ. p. 164. l. 23. duabus. ibidem. l. penult. excepto. p. 167. l. 11. distributæ. p. 169. l. 21. ultra. p. 177. l. 19. intellectuero. ibidem. l. 31. Tabularis. p. 178. l. 2. Tabularis. p. 181. l. 30. paralii. p. 182. l. 22. Anni quarti & quinti. p. 185. l. 2. Rariorum. p. 187. l. 14. insigniter. p. 189. l. 3. obtusum. p. 193. l. 21. quâ.

Præter ea lege in quibusdam Exemplaribus: Paginâ 10. Lineâ 29. Folliis. p. 11. l. 7. foliolorum. p. 16. l. 6. 7. provenientem. p. 20. l. 6. Kali, sive Vermicularibus marinis. ibidem. l. 16. facie. p. 23. l. 15. arctissimè. p. 24. l. 19. hic. p. 28. l. 5. compressæ.

IN APPENDICE: Paginâ 1 v. linea 5. propinqua est. p. vi. l. 24. Verùm. ibidem. l. 26. ubi postmodùm.

IN EXCELLENTISSIMI DN. D. WILHELMI ten RHYNE EXCERPTIS &c. Paginâ 1 x. linea 3. Japonicis Physicis. ibidem. l. antepenult. benignæ. p. x 11. l. 23. conflata mola.

IN FASCICULO: Paginâ xxii. l. 21. 22. exceptis.

Errata reliqua, commatum vel punctorum, accentuum quoque defectus vel perversiones, Candido Lectori corrigenda remittuntur.

F I N I S.









